

www.e-rara.ch

**Alphabetum II. quaestionum miscellanearum canonico-theologicalium ex
sacra Tridentina synodo, sacris canonibus, ss. patribus, & auctorum
probatissimorum**

Sebaldus

Herbipoli, anno 1734

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rs 293: ba

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-47492>

[N].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

damnatorum animæ sinuntur egredi: IV. si apparitioni prætexat causam falsam vel malam, v. g. dicat, se apparere coactum vi conjurationis magicæ, vel ut revelet curiosa, parùm necessaria, aut quæ nesciri expediret: V si aliter ejus sermo seu propositio sit falsa, superstitiosa, malefuada &c: VI. si desperati, superbi, libidinosi, vindictam appetentis, aut aliter perturbati præferat animi ostentationem: VII. si appareat formâ non-humanâ, non bene formatâ, sed tetrâ, deformi, aut vili, v. g. canis, serpentis, porci, draconis, aranei, bufonis &c, vel nigri Æthiopis, malus est genius. Si verò appareat sub speciosa forma hominis beati, vel Angeli, Christi &c, tunc consideranda est ejus operatio, an ex genere suo sit improba, vel dolosa, e. g. inductiva ad blasphemiam, superstitionem, mendacium, luxuriam, superbiam &c; insuper etiam ponderandus est modus operationis illius; si enim primò congressu lætitiâ adferat animo & tranquillitatem, postea verò horrorem, turbationem, vel desolationem; vel etiam, si abeat magno cum fœtore, strepitu, aut clade, dæmon est. S. Thomas 3. p. q. 3. a. 3. ad 3. ad propositum ita loquitur: *Sicut Origenes dicit super Lucam, Angelus bonus apparens, sciens hanc esse humanam naturam, primum perturbationi medetur; unde tam Zachariæ quàm Mariæ post turbationem dixit ne timeas. Et propter hoc, ut legitur in vita Antonii (Abbatis) non difficilis est beatorum spirituum malorumque discretio. Si enim post timorem successerit gaudium, à Domino sciamus venisse auxilium; quia securitas anime præsentis Majestatis indicium est. Si autem incussa formido permanserit, hostis est, qui videtur.*

NEOPHYTUS.

1. Hoc vocabulum græcum est, latine idem significans, ac *novellus*, quasi νεὸν φυτόν novum germen,

vel nova nuper insita planta. Unde similitudine ad homines deductâ, *Neophytus* dicitur, qui ad novum vitæ genus vel statum v. g. Religiosum transit. *Can. sicut. 2. dist. 48.* Et, quia Apostolus *1. Cor. 3. v. 6.* fidei doctrinam comparat plantationi, conversionem autem hominum complantationi *Rom. 6. v. 5.* & insitioni in radicem olivæ *Rom. 11. v. 17.* hinc in Ecclesia *Neophytus* dicitur, qui â reprobata Religione v. g. Judæorum, Sarracenorum &c transit ad veram fidem, & quasi transplantatus est in Ecclesiam. *De quo*

2. *Q. 1.* an Neophytus sive Hebræus aut Sarracenus baptizatus possit admitti ad professionem Religiosam? *Rz. de jure communi posse. Rat.* quia id nullus juris textus prohibet, sed oppositum potius colligitur ex *Cap. eam te. 7. de rescript.* atque ex eo, quod, cum Religio sit status perfectionis, Ecclesia potius, ut fideles ad eam veniant, desideret, quàm quod velit eos tantò bonò privare. Dixi autem: *de jure communi;* nam de particulari quarundam Religionum (utî nostræ *p. 1. Constit. c. 3. §. 3.*) statutorio jure nequit similis Neophytus ad Religiosum habitum assumi. Idem est de ejus descendantibus in linea recta usque ad quartum gradum inclusivè. Vide pro his *N. Lezanam. V. Neophytus. n. 3.* qui *n. 4.* advertit, Pontificias Constitutiones, quæ Neophytis eorumque descendantibus portam ad quasdam Religiones occludunt, non esse extendendas ad Moniales; quia in odiosis lex loquens de Viris non extenditur ad fæminas.

3. *Q. 2.* an Neophytus possit admitti ad Ordines sacros ante Resionem *Nota, Neophytum* 3pliciter accipi, 1^{mo} & propriè pro eo, qui â reprobata v. g. Maurorum aut Hebræorum Religione ad fidem Catholicam, noviter seu recenter transiit sive conversus est in adulta ætate: 2^{do} & minùs propriè pro illo, qui â pluribus jam annis vel multò tempore ad eam fidem conversus est: 3^{io} ac impropriissimè pro istorum duorum jam

conversorum descendentibus. *Hoc notatô, R. 7. Neophytos imi generis, cum sint irregulares Can. quoniam. 1. & Can. C. sicut. 2. dist. 48. esse incapaces sacrorum Ordinum; nisi dispensentur à Papa; ea enim irregularitas non est juris Divini, sed Ecclesiastici, quamvis fundati in illo Apostoli 1. ad Timoth. 3. v. 6. non neophytum, ne in superbiam elatus &c. Prælati Religionum vî privilegiorum cum suis subditis dispensare possunt super hac irregularitate; ut alibi dicitur. R. 2. neophytos 2di generis posse admitti ad Ordines de jure communi, & nisi aliquô particulari Religionis cujusdam statutô impediatur. Rat. quia non sunt irregulares; Cap. eam te. 7. de rescriptis; siquidem hæc irregularitas, fundata in defectu sufficientis instructionis in fide, in illis sit sublata per cessationem causæ, sive per hoc, quòd per aliquam moram temporis benè arbitriò Episcopi sint instructi in fide. R. 3. multò minus neophytos 3ii generis de jure comm. esse Ordinum incapaces. Imò, ut apud N. Lez. V. Neophytus n. 7. citatus Barbossa refert, Sacra Congregatio Episc. & Regul. declaravit die 20 Mart. 1594. descendentes à Neophytis sive novis Christianis, etiam in primo gradu, impediri non debere, quominus ad Sacerdotium ascendere valeant.*

4. Q. 3. an Neophyti valeant in Religionibus promoveri ad Prælaturas? R. sub dist. uti num. præc. nam neophyti imi generis sunt irregulares: ergo excluduntur à Prælaturis obtinendis in Religione, quamdiu perseverat ista irregularitas; utpote quæ excludit ab obtinendo Beneficio Ecclesiastico: quale est similis Prælatura v. g. Provincialatus, Prioratus &c. Vide cit. Lez.

OBLATI.

1. Apud Regulares ex Fratribus sive non-Sacerdotibus aliqui vocantur Clerici, aliqui Conversi sive Laici, &